



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

4 Dum reddit illicitè, quę co[n]tulit illa manebu[n]t.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

terradidit, nec promissionem scripsit: sed beneficium ecclesie in manu advocati refutavit. At postquam convuluit, mox se monachum negavit fieri. Quapropter quia & beati Benedicti regula, & præcipue Patris & prædecessoris nostri sancti Gregorii Papæ canonica institutio, interdicit monachum ante unius anni probationem effici, iudicamus, & auctoritate Apostolica præcipimus, ut præfatus Presbyter beneficia 1 & altaria recipiat, habeat, & quiete retineat.

¶ Beneficia] In vestigiis exemplaribus, & apud Ivozem (apud quem caput hoc copiosius habetur) legitur, beneficium: sed in glossa non est mutatum.

C. II. ¶ Uxor post propositum continentia dura dimitti non debet.

Item Augustinus ad Bonifacium comitem, epistola 70.

Nos a nobis, nos testes sumus, quod omnes actus publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in otium sanctum conferre, atque in ea vita vivere, in qua servi Dei monachi vivunt. Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus, navigasti, uxoremque duxisti. Si conjugem non haberes, dicerem tibi, quod & Tubanus diximus, ut sanctitate continentia viveres: sed ut ad istam vitam non exhorter, impedimento conjunxisti, sine cuius consensione continenter tibi non licet vivere, quia & si tu post illa tua verba Tubanus ducere non debebas, illa tamen nihil eorum sciens innocenter tibi, & simpliciter nupsit.

¶ Constituitur hoc caput ex verbis B. Augustini epist. 70. sed in epistola redactum. Ivo autem integrè refert.

Exe illa uxor concepti se monachum fieri, & ore pronunciauit se veli in otium sanctum conferre, non tamen postea coactus est suscipere quod ore concepti, & ore pronunciauit. Auctoritas illa Alexandri facta in constitutione B. Gregorii, & beati Benedicti, probandis non videtur, sed tamen: ignota verò triennium conceditur.

C. III. ¶ Ante probationem triennium nullus in monasterio suscipiatur.

Unde ex decreto Bonifacii.

Sub quis incognitus monasterium ingredi voluerit, ante triennium monachi habitus ei non præstetur. Et si intra tres annos, aut servus, aut libertus 2 colonus 3 queratur a Domino suo, reddatur ei cum omnibus que emulit, fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra triennium non fuerit requisitus, postea queri non potest, nisi sit tam longe, quod inveniri non possit. Sed 3 tantum ea, quæ in monasterium adduxerit, Dominus servi accipiat.

¶ Caput hoc etiam in Pamormia citatur ex Bonifacio. A Theobaldo autem & Ivone, & in plerisque vestigiis exemplaribus Gratiani tribuitur concilio Teletano. Sed in nullo eorum, quæ in vestigiis, aut manuscriptis habentur, inventum est, eadem tamen sunt in capitulis, & apud Iulianum antecessorem novella 12. cap. 22.

¶ Libertus] Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex bono indicio, quam ledionem habuit etiam antior glossa. Antiquior liber.

¶ Sed tantum] Hæc addita sunt ex loci indicio.

QUÆSTIO III.

Quod autem queritur, an post traditionem sit ei sua cum licentia Abbatis ad propria d. redire, facile monstratur non posse fieri. Ipsi enim redire crispianam est. Qui autem manserit facinorosi desinat obviare, eam potest, confentit. Hic autem non solum non obviat, sed etiam permittens, facit existit. Non ergo licet Abbati dare licentiam alicui redire absenti: nec

a Ivo p. 7. cap. 7. & 10. & p. 10. b. Novell. 5. cap. 2. & apud Iulianum antecessorem novell. 12. cap. 52. Cap. 15. v. 227. Birch. lib. 7. cap. 20. p. 27. c. Pam. lib. 3. cap. 18. d. al. velleoloni. d. al. priora.

illi licet usque retrosum abire, quia ex quo semel se Abbati subiecit absque eius permissione nihil agere potest.

QUÆSTIO IV.

¶ Talem sine licentia Abbatis de monasterio discesserit quaritur, utrum sua sint ei reddenda, an non. Sed possessiones, & res ecclesie traditas quolibet modo alienare nec Abbati, nec alicui licet.

C. I. ¶ Honore privetur, qui de jure ecclesie aliquid alienare presumpsit.

Unde Symmachus Papa [possessiones a, quas uniusquisque, &c.] & iterum in synodo Romanana 3. c. 6.

Quicumque b Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum oblitus Dei, & decreti hujus immemor 1 in constitutum præfens committens, prædium 2 ecclesie magnum vel exiguum, vel quidquam de jure ecclesie alienare tentaverit, & donator, & alienator, & venditor honoris sui amissione mulsetur.

¶ Immemor] In concilio ipso sequitur, cujus Romanæ civitatis sacerdotes volumus religiosis nexibus devincti. Nam, ut supra 12. q. 2. non liceat, distum est, in ea synodo Romana tantum ecclesia legem Symmachus prescripsit.

¶ Prædium] Hoc loco omisi verbum sexti capitis, eorum loco referatur hæc ex titulo ejusdem concilii: omnino, caput hoc ex verbis illius synodi suo modo collector aptavit.

C. II. P A L E A.

[Item Gregorius Anthemo Subdiacono, lib. 11. epist. 21.

Ratio e nulla permittit, ut propriis cujusquam usibus applicetur, quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur.

C. III. ¶ Qui revocandum putat, quod ecclesia cantu, sacrilegii crimen incurrit.

Item Ambrosius lib. 2. de penitentia, c. 9.

¶ Vnt qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non iudicio perpetuo, ubi ecclesie contulerunt, postea revocandas putaverunt. Quibus nec prima marces rata est, nec secunda, quia nec prima iudicium habuit, & secunda habuit sacrilegium. Sunt, quos penitenter opes suas divisisse pauperibus. Sic eos 1 qui penitentiam agunt, hoc solum timere oportet, ne ipsius penitentiam agant penitentiam.

¶ Sic eos] In originali legitur. Sed eos qui penitentiam agunt, hoc solum penitere non debet, nec ipsius, &c. Sed ob glossam non est emendatum.

C. IV. ¶ Qui sacris locis derelicta retinere contenderit, sacrilegium committit.

Item Gregorius Sabino Subdiacono, lib. 8. epist. 6.

¶ Sacrilegium d. & contra leges est, si quis, quod venerabilibus locis reliquit, præva voluntatis studiis, suis tentaverit compendiis retinere.

C. V. ¶ Sacrilegi judicantur, qui ecclesie facultates alienant.

Item Lucius Episcopus ad Gallia & Hispania Episcopos, & epistol. cap. 6.

¶ Omnes e ecclesie raptores, atque suarum facultatum alienatores a liminibus sanctæ matris ecclesie anathematizamus, Apostolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus:

a Supr. 16. quæstion. 1. possessiones. b Anselm. lib. 4. cap. 30. Polyb. lib. 6. tit. 15. c Exer. de prebendu, cap. ratio. Ansel. 15. cap. 38. Polycarp. 13. tit. 12. d Ansel. lib. 12. cap. 4. Polyc. lib. 1. tit. 12. e Anselm. 1. 2. cap. 4. Birch. lib. 11. cap. 19. Ivo part. 2. c. 140. & p. 14. c. 89.

& non ſolum eos, ſed omnes conſentientes eis, quia non ſolum qui faciunt, rei iudicantur, ſed etiam qui conſentiant facientibus. Par. a enim poena & agentes & conſentientes comprehendit.

C. VI. ¶ Excommunicetur qui conſinia eccleſia ſrangore tentaverit.

Item Nicolaus Papa b omnibus Episcopis.

2. Sicut e antiquitus à ſanctis patribus ſtatutum eſt, ps. ſtatutum, ut major eccleſia per circuitum xl. d paſſus habeat, capella vero vel minores eccleſia triginta. Qui autem conſinia earum * conſingere tentaverit, aut perſonam hominis, vel bona ejus inde ſubtraxerit, niſi publicus latro fuerit, quouſque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.

C. VII. ¶ Solvatur altario, quod pro emunitate emendatur eccleſia.

Item ex concilio Tyburienſi.

1. SI e quis in atrio eccleſie pugnam committit, aut homicidium facit, quidquid pro emunitate i violata emendandum eſt, altario ſolvatur, cuiuſcunque ſteterit eccleſia illa.

1 ¶ Emunitate] Sic etiam apud Burchardum. Ivo habet pro immunitate violata. In aliquot vetuſtiſſis Gratiani exemplaribus legitur, pro emunitate eccleſie violata. Summa autem huius capitiſ ſerò habetur in Teburienſi, quod extat capit. 4. & 6.

C. VIII. ¶ Non liceat alicui hominem de eccleſia rapere.

Item Auguſtinus ad Bonifacium, epiſt. 187.

Miror ſ quomodo tam ſubito ſidei murum aries ruperit inimici. Novi enim quã religione ſemper ſis eccleſiam Dei veneras. Quo inſtigante facere auſus eſt hominem de eccleſia rapuſti? Tuus ſi de tuo amico fortè præſumeret fugitivus, poſſet proculdubio interceſſoris cauſa veniam promereri. Ergo ſi amicus intenditur, cur Deus offenditur? Sed ſi de poteſtate præſumitur, Nabuchodonofor Regem intende, qui cauſa ſuperbia in bovem eſt ex homine commutatus. Non ut confundam te hæc ſcribo, ſed ut g ſilium chariſſimum monero. Eccleſia igitur illaſum revoca, quem ut irreligioſiſſimum rapuſti. Oblatio vero domus tuæ à clericis ne ſuſcipiatur, indixi h, communionemque ſibi interdico, donec peracta pro auſibus, vel errore, à me diſſinita tibi mer penitentia, & tempore ordinato i, pro hoc factio corde contrito & humiliato dignum offeras ſacrificium Deo.

1 ¶ Commutatus] Hoc loco iſta erant interjeſta, atque à regno ſuo profugus recedens, non ante regnum recepit, quam converſus Deum prædicavit. que à multis vetuſtiſſis abſunt, & originalis, & Ivone. Sunt autem inter verba Gratiani infra de penitentia, diſt. 1. c. voluſſent.

C. IX. ¶ Fugientem ad eccleſiam nemo audeat abſtrahere.

Item ex libro capitularium l. 5. c. 90.

REum i ad eccleſiam conſugientem nemo abſtrahere audeat, neque inde donare i ad penam vel ad mortem; ut honor Dei, & ſanctorum ejus conſervetur: ſed reſtores eccleſiarum pacem & vitam, ac membra ejus obtinere ſtudeant: tamen legitime componat, quod iniquè fecit.

1 ¶ Donare] Sic eſt emendatum (antea enim legebatur, damnare.) ex capite Caroli, & concilio Moguntino, & plerique vetuſtiſſis Gratiani exemplaribus, & cæteris collectoribus: & quanquam apud Burchardum ex concilio apud Theodoniuſ villam,

a Rem. 1. b Inter decreta Nic. in codice Ormanetti. c Anſel. l. 1. c. 47. Ivo p. 3. c. 10. Pann. l. 2. c. 81. d al. l. x. * al. verum. e Burch. l. 3. c. 196. Ivo p. 3. c. 113. f Ivo p. 3. c. 122. g 1. Cor. 4. h al. interdixi. i al. condonato. k Et in adjeſſu, c. 29. & in concil. Moguntin. c. 39. l Burch. lib. 3. cap. 54. Ivo part. 3. cap. 123. Pann. l. 2. c. 71.

& in Panormia ex libro capitularum longe copioſius hoc capite ſeratur.

C. X. ¶ Ab eccleſia arceatur ingreſſu, qui alicquem de eccleſia, violenter rapuerit.

Item Gelafius Viſtari, Conſtantino, Macroio, Feliciſſimo, Sereno, & Timotheo Episcopis.

FRater a & Coepiſcopus noſter Epiphanius ſua nobis relatione ſuggeſſit, Benenatum & Maurum Beneventane municipis civitatis, in contumeliam religionis acerba nimis, & pleçibili contumacia proſiſſiſſe, qui conſugientem ad eccleſia ſepa curialem ſuum nec illic quidem tutum, aut de injuria ſua ſecurum eſſe ſiverunt; auſi irruptione b temeraria mentis admittere, quod nec poteſtatibus quidem, vel Principibus unquam licuit perpetrare, ut hominem in ſanctuariis conſtitutum, (caprata ſacerdotis abſentia) reſiſtente, reclamanteque violenter abſtraherent. Quos, quantum ſua nobis ſuggeſtione patefecit, merito indignos eſſe ſæcra communionis indicavit. Et ſi revera tanti facinoris conſtat admiſſum, noſtra etiam auctoritas in hac parte conſentit. Nec enim jure ad ſupplendam debet admitti, qui e admittente ſacrilegium non dubitavit. Nullus enim intra limina tantæ venerationi deputata, utrumque ſubſtituere exiſtimet, pro ſua voluntatis arbitrio, ut & humilitatem ſibi vindicet, & furorem. Et ideo fratres chariſſimi ſupradictos, ſi manifeſta reos facit conqueſtio, ab omnibus parochiarum veſtrarum eccleſiis noſtræ præceptionis auctoritate prohibere: ut non ſolum hi, qui injuriarum ſanctorum locorum proſiſſiſſe probantur d, merito conſequantur pro facti ſui qualitate vindictam; verum etiam cæteri à tali præſumptione ultionis iſtius timore revocentur.

C. XI. ¶ Eccleſiarum non eſt dignus ingreſſus, qui eas violat.

Idem Epiphanius Episcopo.

AD e Episcopos cæteros direximus juſſionem, ut eos qui eccleſias violante perhibentur, acceſſu earum dicent eſſe dignos.

C. XII. ¶ Qui eccleſiam Dei vaſtat, & ejus ſacerdotem inſequitur, ſacrilegus iudicatur.

Item Pius Papa, epiſt. 2. Italiæ.

Sicut ſ qui eccleſiam Dei vaſtat, & ejus prædica & donaria expoliat & invadit, ſit ſacrilegus; ſic & ille qui ejus ſacerdotes inſequitur, ſacrilegus reus exiti, & ſacrilegus iudicatur. & infra. ¶ Non ergo gravius peccatum eſt fornicatio, quam ſacrilegium. Et ſicut maritus eſt peccator, quod in Deum committitur, quam quod in hominem; ſic gravius eſt ſacrilegium agere, quam fornicari.

C. XIII. ¶ Quã penã ſerietur, qui eccleſiaſticis bus dedicata prædia vexare tentaverit.

Item Urbanus in epiſt. ad omnes Episcopos, cap. 2.

ATTendendum eſt omnibus, ne prædia uſibus ſecularium caeleſtium dedicata, à quibuſdam incurſentibus vexentur. Quòd ſi quis fecerit, poſt debita ultionis acclamationem (quæ erga ſacrilegos jure promenda eſt) perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis uratur g.

a Polyb. l. 7. tit. 1. Ivo p. 3. c. 120. b al. irruptione. c al. d al. probabuntur. e Ivo p. 3. c. 119. f Polyb. l. 6. tit. 31. c. 1. g 30. Burch. l. 1. c. 29. Ivo p. 6. c. 243. & p. 12. c. 37. l. Cap. 6. c. 115. & Moguntino ſub Amalphi. c. 11. g al. ſerietur. C. XII.



C. XIV. PALEA.

Item Iginus Papa.

Si quis ecclesiam igne combusserit, b, quindecim annis poeniteat, & eam sedulo restituat, & pretium suum pauperibus distribuatur.

Item pascia in uno tantum Variarum codice habetur, in quo sicut in vulgari, & Panormia citatur ex Iginio: a Burchardo autem & Freze ex detritis Iulis.

Pretium suum] Apud Burchardum l. 19. in c. de sacrilegio. si legitur, Incendisti ecclesiam, aut consensisti? si fecisti, ecclesiam restituere, & pretium tuum, id est, viuregelidum tuum pauperibus distribuere, & quindecim annis per legittimas ferias poeniteas.

C. XV. § Iude similis probatur, qui ornamenta surripuit ecclesia.

Item Clemens episc. 2. ad Iacobum.

Si e fonte quispian Presbyter, sive Diaconus, sacrasimulacrum vel velum subtrahat, d vendiderit, Iudei scilicet similis estimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit se supradicti Iudei suscipitur poenam.

C. XVI. § De eodem.

Item ex poenitentiis Theodori.

Pecunia ecclesiastica furata vel rapta, reddatur in quadruplum; populi vero dupliciter. Si quis aliquid de ministerio sancte ecclesie furatus fuerit, septem annis poeniteat, tres in pane & aqua.

C. XVII. § De eodem. PALEA.

Item ex poenitentiis ali Romano.

Si quis clericus furtum fecerit capitale, id est, quadruplum, vel domum fregit, aut quamlibet rem melioris pretii furatus fuerit, septem annis poeniteat; laicus quinque. Si quis autem de minoribus semel aut bis furtum fecerit, reddat proximo suo, & uno anno poeniteat in pane & aqua: si reddere non poterit, tribus annis poeniteat.

Similia hanc leguntur apud Burchardum, lib. 11. c. 19. & Iuonem p. 13. c. 44.

C. XVIII. § Sacrilegium facit, qui pecuniam ecclesia rapta.

Item Anacletus episc. 1. c. 2.

Qui rapit pecuniam proximi sui, iniuriam operatur, qui autem pecuniam, vel res ecclesie abstulerit, sacrilegium facit.

C. XIX. § Segregetur ab ecclesia clericus, qui servum aut discipulum suum ad eam fugientem verberare presumpserit.

Item ex concilio Herdensi, c. 8.

Nilis clericorum, servum aut discipulum suum fugientem ad ecclesiam extrahere audeat, vel flagellare praesumat. Quod si fecerit, donec digne poeniteat, a loco, cui honorem non dedit, segregetur. Si qui clericus in mutuum cadem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, a Pontifice districtius vindicentur.

C. XX. § Qui de atrio vel porticibus ecclesie fugientem abstrahit, excommunicatur.

Item ex concilio Tridentini, c. 20.

Si quis b contumax, vel superbus timorem Dei, vel reverentiam sanctorum ecclesiarum non habuerit, & fugientem servum suum, vel quem ipse per-

a. Pop. l. 1. c. 11. Anselm. c. 18. Burd. l. 3. c. 204. Ivo part. 3. c. 127. Pann. l. 2. c. 78. b. al. comitor. c. Ivo p. 2. c. 63. & p. 6. ca. 20. d. al. subtrahit. e. & in episc. Lucii, c. 6. f. Ivo p. 3. c. 117. Pann. l. 2. c. 78. h. d. c. 1. g. Ex lib. 3. cap. C. 185. & in legibus Bolognarum, tit. 3. h. Burd. l. 3. c. 177. Ivo p. 3. c. 117. f.

secutus fuerit, de atrio i ecclesie, vel de porticibus quolibet modo ecclesie adherentibus per vim abstraxerit, pro immunitate nongentos solidos Episcopo componat, & ipse publica poenitentia iusto a iudicio Episcopi mulctetur.

1. [Atrio] In duobus vetustis codicibus Gratiani legitur, de altario: in capitularibus vero, de ecclesia.

Sacrilegium ergo est, quoties quis sacrum violat, vel auferendo sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro. Dicitur etiam sacrilegium committere, qui violentas & impias manus in clericum iniecerit. Porro ipsum sacrilegium duplicem continet poenam, poenitentiam videlicet & excommunicationis. Poenitentia eis persolvenda est, ad quos querimonia sacrilegii pertinet.

C. XXI. § De multiplici genere sacrilegii.

& panes eisdem.

Unde Ioannes Papa octavus scribit omnibus Episcopis.

Quisquis b inventus fuerit reus sacrilegii, Episcopis, vel Abbatibus, sive personis, ad quas querimonia sacrilegii iuste pertinet, triginta libras examinati argenti purissimi componat. Sacrilegium committitur, si quis infregerit ecclesiam, vel triginta ecclesiasticos passus, qui in circuitu ecclesie fuerint, vel domos, que intra predictos passus fuerint, aliquid inde diripiendo, vel auferendo: seu qui injuriam, vel oblationem rerum intulerit clericis arma non ferentibus, vel monachis, sive Deo devotis, omnibusque i ecclesiasticis personis. Capella, que sunt intra ambitum murorum castellorum, non ponuntur in hac triginta passuum observatione. Similiter sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, sive sacrum de non sacro. Idem.

Si e quis domum Dei violaverit, & aliqua sine licentia illius, cui commissa esse dignoscitur, inde abstulerit, vel ecclesiasticis personis injuriam fecerit, donec in conventu admonitus legitime satisfaciatur, sciat se communiione d privatum. Si vero postsecundam & tertiam conventionem coram Episcopo satisfacere detrectaverit, sacrilegii periculo ab omnibus obnoxius teneatur: ita ut secundum Apostolum e nemini fidelium miscatur. Idem. Si f qui monasteria, & loca Deo dedicata, & ecclesias infringunt, & deposita, vel alia quolibet exinde abstrahunt, damnant novies componant, & emunitatem tripliciter, & velut sacrilegi canonice sententia subigantur.

In epistola manuscripta Ioanni octavi, scripta Episcopis & Abbatibus per Narbonensem & Hispanicas provincias constituta, precipitur observari lex contra sacrilegos in concilio Trecentensi edita, coram Ludovico Imperatore, & quinquaginta tribus Episcopis. Diversa autem sunt istius epistole verba ab his que recitantur & a Gratiano, & a ceteris collectoribus: sed eadem sententia.

1. [Omnibusque ecclesiasticis] Apud Iuonem legitur, devotis hominibus, ecclesiasticis personis. Non enim capella, que infra ambitum murorum castellorum sunt, mittuntur vel ponuntur in hac observatione. Nec multo aliter apud alios collectores.

C. XXII. § Nisi canonice iudicatione Episcopum qui comprehenderit laicum, excommunicatur.

Item Alexander Papa II.

Si quis deinceps priorum, aut cuiuscunque dignitatis, vel cuiuscunque ordinis laicorum Episcopum comprehenderit, percussit, aut aliqua via propria se de expulerit, nisi forte iudicatum canonice, auctores

a. al. iuxta iudicium. b. Anselm. c. 40. Poly. l. 6. tit. 10. Ivo p. 3. c. 98. Pann. l. 2. c. 80. & 79. c. Supra, 11. q. 3. ad mensuram. Anselm. l. 5. c. 52. d. al. fore privatum. e. 1. Cor. 5. f. Anselm. l. 5. c. 47. Burd. l. 1. c. 22. Ivo p. 2. c. 124. & p. 4. c. 96. g. Simile in l. synodo sub Photio, c. 3.

& cooperatores tanti sceleris anathematizentur, & bona eorum ecclesie ipsius juri perpetuo tradantur. ¶ Si vero in Presbyterum, vel in quemcumque inferiorum gradum clericum hac eadem praesumpserit, canonice poenitentia atque depositioni subiacebit. Si contumax fuerit, excommunicetur.

C. XXIII. ¶ Flagellatores Presbyterorum post tertiam admittitionem, si non respuerint, excommunicentur.

Item Nicolaus Papa Thadoni Archiepiscopo Mediolanensi.

DE b Presbyterorum flagellatoribus, & occisoribus, & praedonibus, scilicet, qui seculari brachio minime coeferentur, juxta praecipuum Domini placet, ut fraterno amore conveniantur secundo, ac tertio. Qui si te non audierint, conveniente ecclesia eos sacra communione privare, atque (si insua obstinatione permanentes, sacerdotalia monita forte contempserint) ab ecclesiae compage sub anathematis interdictione refecare licentiam tribuimus. ¶ Quos etiam resipiscentes tandem digna satisfactione praemissa in gremium matris ecclesiae revocari noveris posse.

C. XXIV. PALEA.

[Item ex concilio Moguntino sub Rabano, c. 24.]

Qui Presbyterum occiderit, duodecim 1 annorum penitentia secundum canones imponatur: at si negaverit, si liber est, cum septuaginta duobus 2 juret; si autem servus, super duodecim vomeres ferventes se expurget. Convictus vero noxae usque ad ultimum vitae tempus militae 3 cingulo careat, & absque spe conjugii maneat.

¶ Hac Palea in uno tantum Vaticano Gratiani codice habetur.

1 ¶ Duodecim] Sic in codice Vaticano, & ceteris locis indicatis. In vulgatis Gratiani codicibus legebatur, viginti annorum poena.

2 ¶ Cum septuaginta duobus] In concilio ipso legitur, cum duodecim: Burchardus tamen, & Ivo, & codex Vaticanus concordant cum vulgata lectione.

3 ¶ Militae cingulo] Sic etiam in Decretalibus, & apud Burchardum & Ivoem. In concilio autem legitur, cingulum deponat, & uxorem amittat.

C. XXV. PALEA.

[Item ex concilio Triburienfi.]

VT d Presbyteri non vadant, nisi stola, aut oratorio induti. Et si in itinere spoliantur, aut vulnerantur, vel occiduntur, non stola vestiti, simplici emendatione solvantur: si autem cum stola, triplici.

C. XXVI. PALEA.

[Item ex eodem, c. 5.]

Omnes e Presbyteri interfectores 1 compositione Episcopi, aut ejus parochiam pertinent, solvantur: ita videlicet, ut medietatem Vuiregaldi 2, ejus Episcopus utilitatis ecclesiae, cui praesuit, tribuat, & alteram medietatem in elemosynam illius iuste disperiat: quia nullus nobis ejus haeres proximior videtur, quam ille, qui ipsum domino sociavit.

Hac quoque palea in uno tantum Vaticano codice habetur. Est autem in capitularibus (unde citatur in Panormia) l. 4. c. 15. & in Decretalibus, tit. de poenit. c. Presbyter. In concilio etiam Triburienfi, quod extat, c. 4. habetur quoddam simile.

1 ¶ Interfectores] Sic etiam in Panormia. Vaticanus codex habet, interfecisti. In capitulari legitur, Presbyteri interfecisti Episcopo, ad cujus parochiam pertinent,

2 a In chronico Mediolan. b Ivo p. 10. c. 20. c Ext. de poenit. & remissa, 2. Bur. l. 6. c. 7. Ivo p. 10. c. 136. d Prima pars habetur Ca. lib. 6. cap. 169. Bur. lib. 6. cap. 10. Ivo p. 10. c. 139. e Ca. l. 4. c. 15. extra, de poenit. cap. Presbyteri. Bur. l. 6. c. 11. Ivo p. 10. c. 140. Panorm. lib. 6. c. 6.

solvantur secundum capitula gloriosi Caroli gentilis nostri: ita videlicet, &c. Verum in Decretalibus, & apud Burchardum & Ivoem hoc modo: Presbyteri interfecisti compositione Episcopo, ad cujus parochiam pertinebat, solvantur: ita videlicet, &c. & similia locuta habetur in concilio Triburienfi, c. 4. Sed quoniam est initium capituli, nihil visum est hic mutandum: reliqua autem sunt emendata ex locis indicatis.

2 ¶ Vuiregaldi] Antea legebatur, Renaldus. Emendationem est ex ceteris locis indicatis, praeterquam ex Decretalibus, de abesvtrag. vox: legitur tamen in prima collectione.

C. XXVII. ¶ Pro gradu non varietate mul-

dentur, qui clerici occidunt.

¶ Item ex l. 3. Cap. 21.

Qui Diaconum, ecc c. qui Presbyterum, d c. qui Episcopum, decess qui Monachum, cccc.

C. XXVIII. ¶ De eodem.

¶ Item ex lib. 6. Cap. c. 90.

Qui b occiderit monachum, aut clericum, armatelinquat, & Deo in monasterio serviat, cunctis diebus vitae suae, nunquam ad saeculum reverfurus, & septem annis publicam poenitentiam agat.

C. XXIX. ¶ Qui clericum percussit, excommunicetur, & non nisi a Romano Pontifice absolvatur.

¶ Item Innocentius Papa II. in concilio Lateranensi, c. 15.

Si d quis vadente diabolo hujus sacilegii reatum incurret, quod in clericum vel monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subaceat, & nullus Episcoporum illum praesumat absolvere (nisi motis urgente periculo) donec Apostolico conspectu praesentetur, & ejus mandatum suscipiat.

1 ¶ Reatum] Sic est emendatum ex codicibus hujus concilii manuscriptis, & concilio Eugenio tertio, c. 16. ubi hoc idem reperitur, antea legebatur, vitium, vel crimen incurrit.

3 pars. Quis autem de ecclesia vi aliquem exemerit, vel in ipsa ecclesia, vel loco, vel cultu, sacerdotibus, & ministris injuria importaverit, ad instar publici criminis, & laesa majestatis accusabitur, & convictus, sine confessio, capitali sententia a reprobis provinciae ferretur: sicut in prima libro codicis legitur, titulus de Episcopo & clericis, l. c. Si quis in hoc genus sacilegii praesentat, & in Digesto tituli. Ad legem Juliam repetundarum, c. l. ultima. Committunt etiam sacilegium, qui contra divinae legis sanctitatem aut nefas committunt, aut negligendo vultus offendunt: aut qui de principali judicio disputant, dubitantes, si dignus sit, quem principi elegerit: vel qui intra provinciam, in qua provinciales & cives habentur, officium gerenda de susceptione administrationis desiderant, ut Codicis lib. 9. titulo de evanone sacilegii. Similiter de judicio summi Pontificis, aliam diffinere non licet.

C. XXX. ¶ Nonum est permissum de eo quod Papa statuit judicare, vel ejus sententiam retractare.

¶ Item Nicolaus Papa omnibus Episcopis.

Nemini f est de sedis Apostolicae judicio judicare, aut illius sententiam retractare permissum: videlicet propter Romanam ecclesiam primatum, Christi munere a beato Petro Apostolo divinitus collatum.

¶ Epistola, ex qua hoc caput est sumptum, non extat.

a Et in conc. Troisiano, c. 13. & inter leges Longobardorum de homicid. lib. bornini. l. 27. Panormia. l. 2. 7. Burchardus l. 1. c. 5. Ivo p. 10. c. 9. & 13. similia quaedam. b Ivo p. 10. cap. 1. Panorm. l. 1. c. 8. c algerat. d Panorm. l. 1. c. 149. e Panorm. l. 1. c. 149. f Anselm. l. 1. cap. 1. Panorm. l. 4. c. 10.

aliquid tamen simile habetur in epistola prima ad Michoalem Imperatorem.

Sacrilegi quoque reatum incurrit, qui Iudæis publica officia committit.

C. XXXI. § Sacrilegium faciunt, qui Iudæis publica officia committunt.

Unde in Toletano concilio 4. c. 64. legitur.

Constituit a sanctum concilium, ut Iudæi, aut hi qui ex Iudæis sunt, officia publica nullatenus appetant, quia sub hac occasione Christianis injuriam faciunt. Idcirco iudices provinciarum cum sacerdotibus eorum suspensiones fraudulenter elicitas r suspendant. & officia publica eos agere non permittant. Si quis autem iudicium hoc permiserit, velut in sacrilegium excommunicationem profertur, & si qui susceperit, publicis cædibus deputetur.

1. § Elicitas § Secell. emendatum. ex codice Luconsi regio: quatuorvis a in adictus conciliorum, & Gratiani legatur, relictas.

4. pars. Unde reverentia religionis dominos suo iure fraudare, si fami ad ecclesia septa confugientes inde nequaquam abstraherent. sacri canonibus est institutum, ut præstato a Dominis sacrosancti iniquitatis, ei etiam reddatur multa.

C. XXXII. § Post præstatum securitatem servos restituatur domini, qui ad ecclesiam confugerunt.

Unde Gelasius b. Papa scribit Bonifacio Episcopo.

Mententes dominos famuli, si ad ecclesiam septa confugerint, intercessionem debent querere, non lateras: ne hæc ipsa præsumptio tarditatis temeritatem argui remittendi. Filius etenim noster vir spectabilis Petrus querit servum suum in ecclesia sancti Clementis dimissu commorari d, cui cum deputasset sacramenta præstavit, illi egredi nulla ratione voluisse. Et ideo dicitur huiusmodi e homo de presenti cum eo, quem elegerit esse mittendum, cum de impunitate eius sacramenta præbetur, cum statim facias ad dominum suum motu omnibus temere: aut si in hac pertinacia forte perhiberit, post sacramentum sibi præstatum reddatur iurium.

C. XXXIII. § Securitate recepta ad vasocima reddenda, fugitivi ab ecclesia reddenda cogantur.

Idem Joanni Episcopo Viemensi g.

Vxor b. Felix & filia Romam, quia sic oportuit, per veneram si quidem hunc ipsum primum se ad Barbarorum basilicam conferentem, seque bonas causas habere præstantem; egredi sub hac conditione præcipimus, ut si adus suos fideliter & rationabiliter allegaret, nihil circum prolium asperum fieri, duramque pateretur. Alioquin contra fidem, & utilitatem Dominicam venisse probaretur, ipse sibi imputaret, atque i. domini ordinatione cogatur subiaceret. Qui superveniente filio nostro, viro spectabili: Onthallo, hoc est ad singula quaque convictus, ut os aperire non posset, & vera esse, quæ huc oblatentur, voce propria faretur; ideoque tenetur custodie mancipatus.

C. XXXIV. § Eripitur in libertatem servus, cui Christiani Iudæis signaculum circumcissionis impresserit: alioquin ab ecclesia domino suo reddatur iurium.

Idem Syracusano, & Constantino, & Laurentio Episcopis.

Iudas a qui Iudæicæ professionis existit, mancipium

a. Dignus. b. Ivo p. 3. c. 121. Pannor. l. 2. c. 78. c. al. oblatentur. d. orig. e. al. procedentes. f. al. qualiter requisita natura usum debitu explent loci. g. Rabanus p. 11. c. 22. Bur. l. 3. c. 190. Ivo p. 3. c. 107. h. C. s. Bur. l. 3. c. 192. Ivo p. 3. c. 109. Pannor. l. 2. c. 77. h. al. sui domini.

si iuris, quod ante paucos annos se asserit comparat, nunc ad ecclesiam Venerianam confugisse suggestit (sic ut petitorum tenor annexus ostendit) eo quod dicat sibi ab infania Christiano nuper a præfato domino signaculum circumcissionis infixum. Quapropter vestra diligenter inter utrumque sollicita cura rerum fideliter examinet veritatem, quatenus nec religio temerata videatur, nec servus hac objectione mentius, competentis iura domini a declinare contendat.

C. XXXV. § De atrio ecclesie (quod triginta passibus clauditur) nisi prius data securitate, fugiens non abstrahatur.

Item ex concilio Toletano 12. c. 20.

Diffinivit b. sanctum concilium, ut nullus audeat confugientes ad ecclesiam, vel residentes inde abstrahere, aut quodcumque nocibilitatis, vel damni, seu spoli, residentibus in loco sancto inferre: sed esse potius his ipsis, qui ecclesias petunt, per omnia licitum, in triginta passibus ab ecclesia januis progredi in quibus triginta passibus uniuscuiusque ecclesie in toto circuitu reverentia defendantur: sic tamen, ut hi, qui ad eam confugiunt in extraneis, vel longe separatis ab ecclesia domibus nullo modo abscedant: sed in hoc triginta passuum numero absque domorum extranearum receptaculo progrediendi ad aditum obtrinebant: qualiter ad eam requisita nature usum debitis exeant locis, & nullo teneantur eventum necessitudinis, qui Dominicis se defendendos commiserint claustris. Si quis autem hoc decretum tentaverit violare, & ecclesiasticæ excommunicationi subiacet, & severitatis regia feriatur sententia. Ipsos autem, qui ad ecclesiam confugium fecerunt, si iuxta præfatorum canonum instituta hi, qui eos repetunt, sacramenta reddiderint, & sacerdos ecclesie ipsius ab ecclesia non abstraxerit foribus, aut fuga talium, si evenerit, sacerdoti querenda est, aut damnorum sententia secundum electionem Principis huiusmodi sacerdotibus irroganda.

C. XXXVI. § Ante securitatem acceptam de atrio ecclesie fugitivus non cogatur exire.

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 7. & 5.

Id f. constituimus observandum, quod ecclesiastici canones decreverunt, & lex Romana constituit, ut ab ecclesie atris, vel domo Episcopi reos r abstrahere omnino non liceat: sed nec alteri consignare, nisi ad Evangelia datis sacramentis de morte, & debilitate, & omni poenarum genere sunt securi: ita ut ei, cui reus fuerit criminofus, de satisfactione conveniat. Quod si quis sacramenta sua convictus fuerit violasse, reus perjurii non solum a communione ecclesie, omnium clericorum, verumetiam & catholicorum convivio separatur. Quod si is, cui reus est, noluerit a sibi intentione faciente componi, & ipse reus de ecclesia ad usum more discesserit, ab ecclesia clericis non quæriatur.

§ Servus g. etiam qui ad ecclesiam confugerit, pro qualibet culpa, si a domino pro admisa culpa sacramentum susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur: & postquam dato sacramento domino suo fuerit consignatus, si aliquid poenæ pro eadem culpa, quæ excusatur 3. probatus fuerit pertulisse, pro contemptu ecclesie, & prævaricatione fidei, a communione & convivio catholicorum extraneus habeatur. Si vero servus pro culpa sua ab ecclesia defensus sacramenta domini b clericis

a. al. domini. b. Ivo p. 3. c. 121. Pannor. l. 2. c. 78. c. al. oblatentur. d. orig. e. al. procedentes. f. al. qualiter requisita natura usum debitu explent loci. g. Rabanus p. 11. c. 22. Bur. l. 3. c. 190. Ivo p. 3. c. 107. h. C. s. Bur. l. 3. c. 192. Ivo p. 3. c. 109. Pannor. l. 2. c. 77. h. al. sui domini.

exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem a domino liceat occupari.

1 ¶ Reos] Sic est emendatum ex originali, Rabano, Burcardo & Ivone, cum in Gratiani codicibus etiam manuscripti legeretur, eos.

2 ¶ Noluerit sibi] Antea legebatur voluerit. Mutatum est ex concilio exemplaribus etiam manuscriptis, et nonnullis ipsius Gratiani, & ceteris collectoribus: quoniam in recentiore Colonienfi editione abstulit dicitur, sibi.

3 ¶ Excusatur] Sic in omnibus Gratiani & conciliorum codicibus impressis & manuscriptis. Apud ceteros collectores est, accusatur.

5 pars. Occasione namque religionis servus dominum suum contemere, & eius ministerium desituere non debet.

C. XXXVII. ¶ Religio: occasione dominum suum non audeat servus contemere.

Unde in Gangrensi concilio, c. 3. legitur.

VII. SI quis servum alienum occasione religionis doceret dominum suum contemere, & eius ministerium desituere, ac non potius docuerit eum suo domino bona fide, & cum omni honorificentia deservire, anathema sit.

C. XXXVIII. ¶ Corruptam durissime, qui causam religionis docet servum dominum suum contemere.

Item ex concilio Martini Papae, b. c. 47.

VIII. SI quis servum alienum causa religionis doceat contemere dominum suum, & recedere a servitio eius, durissime in omnibus arguatur.

C. XXXIX. ¶ Primati insinuetur necessitas, qua re ecclesia distrabere compellit.

Item ex concilio Carthagenensi c. 26.

NVLLUS d res ecclesie distrahatur. Quod si reditus non habet, & aliqua nimia necessitas cogit, hanc insinuandam esse primati ipsius provincie censemus, ut cum statuto numero Episcoporum, utrum faciendum sit, arbitretur. Quod si tanta urget necessitas ecclesie, ut non possit ante primatem consulere, saltem vicinos testes convocet Episcopos, curans ad concilium referre omnem ecclesie necessitatem. Quod si non fecerit, reus Deo & sancto concilio venditor honore amisso 3. teneatur.

¶ Hoc est caput 26. Carthagenensis concilii, inserti in codice canonum, itemque graeci, quod sumptum est ex c. 3. concilii quinti Carthagenensis. In neutro tamen sunt haec omnino verba, nullus res ecclesie distrahatur: sed placuit, ut res ecclesie nemo vendat, quemadmodum & apud Ivonem.

1 ¶ Quod si reditus] Graece est, ὅταν μὴ ᾖ ἰσὺς τῶν ἐσόδων μὲν ἔχῃ. id est, Quae quidem res si reditus non habet.

2 ¶ Vicinos testes] Sic in codice canonum, & serè in graeco canonum, & in margine recentiorum Colonienfium editionum. In contextu autem ipsarum, & vetustioribus editionibus, ac duobus Vaticanis codicibus, & apud Ivonem legitur, saltem post factum curiositatem habeat, & vicinis Episcopis hoc ante iudicare, & ad concilium, &c. In Soriani autem regio, curet hoc statim agere, vel vicinis, &c.

3 ¶ Honore amisso] Verba haec sunt in concilio inserto in codice canonum, in codice Soriani regio, & canone graeco. Absunt autem ab omnibus concilio quinti Carthagenensi, & duobus Vaticanis exemplaribus & Ivone.

a Ivo part. 16. c. 102. & par. 13. c. 49. b In capi. graecarum synod. Martini Bracar. Bur. l. 3. c. 25. Ivo part. 7. cap. 43. c Et in Carthag. 5. cap. 4. d Anst. l. 3. cap. 45. Ivo p. 3. c. 113. e al. ante consulere.

C. XL. ¶ Sine licentia Episcopi quidquam Abbas vendiderit, in irratione ducatur.

Item ex concilio Agathensi, c. 26.

IN a venditionibus, quas Abbates facere presumunt, haec forma servetur, ut quidquid sine Episcopi licentia i venditum fuerit, ad potestatem Episcopi revertatur. ¶ Mancipia vero monachis donata ab Abbate non liceat manumitti. Injustum enim putamus, ut monachis quotidianum rurale opus faciendum, servi eorum libertatis orio potiantur.

1 ¶ Licentia] Sic est ascriptum in margine in recentioribus Colonienfibus editionibus: sed in antiquioribus, & codicibus manuscriptis, & apud Ivonem est, notitia.

6 pars. ¶ Etiam si Episcopo consentiente monasterii possessio ab Abbate data fuerit, nullus momenti erit donatio, nisi forte in ecclesia fabricam erigendam donatio processerit. Quae casu tantum et donare licet, quantum ecclesia parietes, concludunt.

C. XLI. ¶ Nullo titulo res monasterii valent ab eis iure segregari.

Unde Gregorius scribit lib. 7. indict. 1. epist. 33. Innotuit Episcopo Scyllacano.

QVESTI nobis sunt praedicti monasterii monachi. Abbatem suum terram intra Scyllacanam i castrum, quae in e. d. pedes extenditur, sub pretextu fabricandi ecclesie fraternitati tuae donationis titulo concessisse. Et ideo volumus, quantum parietes possunt edificare ecclesie circumdare, iuri ecclesie vindicare. Quod si verò extra parietes ejusdem ecclesie esse poterit, ad honorem monasterii sine difficultate aliqua revertatur: quae nec mundanarum legum, nec sacrorum canonum similitudo permittunt res monasterii de iure ejus quolibet titulo segregari. Ea propter donationem ejusdem terre, quae contra rationem facta est, sine aliqua dilatione restitue.

1 ¶ Intra Scyllacanam] Sic est emendatum ex multis codicibus epistoliarum: à qua lectione nonnulla Gratiani exemplaria parum discrepant. In vulgatis erat, in Tranquillitanum castrum.

C. XLII. P A L E A.

HANC b ergo scripturam nostrorum paginam etiam in futuro tempore à te ab omnibus Episcopis firmam statuimus, illibatamque servari: ut & lux ecclesie, servante Domino, tantummodo sint iure contenti, & monasteria ecclesiasticis conditionibus, seu angariis, si ve quibuslibet obsequiis secularibus nullo modo subiacent, nullis canonicis iuribus deserviant, sed repositus vexationibus, divinum opus cum summa devotione perficiant.

¶ Haec palae abest à vetustis exemplaribus, non exceptis, à hinc remeri translata est: cum habetur infra. l. 1. q. 2. c. quoniam sic hanc ergo, ubi nonnulla notabuntur.

Sed notandum est, quod aliud est in suis vel propinquioribus usus res ecclesie convertere (quam perniciosam cupiditatem procri canones ubique prohibent, & damnabilem ostendunt): aliud est, quod ex dispensatione charitatis, humana infirmitate compellitur: ut quondam illi sua reddantur, qui in sacro proposito vivere contemnit. Quod non tam iure fore, quam iure post nonnullis sanctorum fecisse legimus. Beatus etiam Iohannes angelista duobus juvenibus, quos pariter omnia sua pro Christo reliquisset, & pauperibus erogasse, aurum & gemas reddidit, ut cuncta quo venderant, sibi redirent. Sed dicitur, beatus Iohannes non oblata reddidit, quae pauperibus erogata fuerant, sed alia recompensavit, quae in pauperibus

a Ivo p. 3. c. 103. Sup. dist. 34. Abbati. b Inf. 11. q. 2. p. 1. si. 4. hanc ergo. c Abbas l. 3. historia Apostolica.



vel ecclesiarum facultatibus nunquam computata fuerant. Si- militer si Abbas vel Episcopus aliqua haberet, qua in ecclesiasti- ca facultatibus nondum sunt adnumerata, exemplo beati Iohannis de illis redditibus oblati a vero ecclesie retineat. ¶ Sequitur a er- go aliud exemplum, quo eadem qua oblati sunt, laudabiliter red- dita monstrantur.

C. XIII. ¶ Non debet ecclesia suscipere, qua silo exheredato sibi esse- runtur. At enim Augustinus b in sermone 2. de vita clericorum.

¶ Vtunque e vult exheredato filio hæredem facere ecclesiam, quarat alterum, qui suscipiat, non Augu- stinum: imo, Deo propitio, nullum inueniet. d Quam laudabile factum sancti & venerandi Episcopi Aurelii Carthaginensis? quomodo implevit os omnium, qui sci- unt, laudibus Dei? Quidam enim cum filios non habe- ret, neque speraret, res suas omnes (retento sibi usufructu) donavit ecclesie. Nati sunt ei filii postea: & reddidit Episcopus nec etiam opinanti illi, que donaverat. In potestate habebat Episcopus non reddere, sed iure fori, non iure poli e.

¶ Eius quod aliquando oblati iure & laudabiliter redduntur. Ve- rumenim non hoc exemplo recedenti sua reddenda monstrantur. Abiit enim in professione sua vita persistere, aliud a proposito suavitatis discedere. Si sanctus Aurelius docteri in laicali ha- bitu oblati reddidit, quia post oblationem filios accepit, non ideo in apostasiam uentibus sua reddenda sunt, quibus usus necessaria subtraherentur, ut uos illi redirent ad ordinem, a quo recesserant. Sed si uoluerit Episcopus, ut monentur necessaria subministra- re, sicut ab Apostolo f monemur tempus redimere, ut expeditius intrare uacemus: sic ne ecclesia scandalum patiantur, ne discedens in demerita precipietur, ne in perniciem monachorum, aut in- cunctum monasterii occasione suorum exardescat, laudabiliter sibi sua non dicit reddantur, sed auferri sinantur, quam ab illo ista infe- rantur.

CAUSA XVIII.



Vidam Abbas consecratus in Episcopum, prius monasterio multa conuulsi, postea in Episcopatu plu- ra acquisiuit: cui diem fratres successorem quare- rent, Episcopus loci semet electioni uolebat inferere, ut per ipsam Abbas in monasterio ordinetur: fra- tres renuntiant.

- 1 Quæritur primo, an monasterium possit petere, que ab Episco- po acquisita sunt, an episcopali ecclesie possit sibi vindicare, que monasterio fuerunt tradita g.
- 2 Secundo, an per Episcopum Abbas sit eligendus & ordina- dus, an tantummodo a propriis fratribus sit instituen- dus.

QUESTIO I.

Prima questio terminatur in concilio apud Altheum, in qua sic statutum legitur.

¶ Burchardus lib. 1. cap. 230. citat concilium apud Alth- eum. Regis Conrado: itenq. Ivo part. 5. c. 343. sed exprimit, Al- theum. Item uero part. 24. c. 116. plura de hoc concilio refert his- toricus. Regno Conradi piissimi & Christianissimi Regis quibus congregata est sancta generalis synodus apud Al- theum (al. Altheim) in pago Rhetia, præsentem uidelicet Ioannis Papæ Apocrisario, sanctæ Offiensis eccle- siæ Petro venerabili Episcopo.

a aliter sequatur. b Et serm. 32. al. 33. ad fratres in eremo, & in concil. Aquiligran. cap. 112. c Ivo p. 3. cap. 177. d al- ter uocatur. e aliter cal. f 1. Cor. 7. g al. contra- dita.

C. I. ¶ Qui de monacho Episcopus ordinatur, quod ante consecrationem habuit, monasterio, quod uero post consecrationem acqui- sita propria ecclesie re- linquat.

Statutum a est, & rationabiliter secundum sanctos Pa- tres a synodo confirmatum, ut monachus, quem cano- nica electio a iugo regulari monasticæ professionis absolvit, & sacra ordinatio de monacho Episcopum facit, uelut le- gitimus hæres paternam sibi hereditatem postea iure vin- dicandi potestatem habeat: sed quidquid acquisierat, uel habere uisus fuerat, monasterio relinquat, & Abbatis sui, qui fuerat secundum regulam sancti Benedicti, arbitrio. Postquam enim Episcopus ordinatur, ad altare, ad quod sanctificatur, & titulatur b, secundum sacros canones, quod acquirere poterit, restituit.

QUESTIO II.

Secundam uero questionem terminat auctoritas Toletani concilii 4. c. 50. dicens.

C. I. ¶ Abbates & alia officia per Episco- pos debent institui.

Hoc tantum sibi in monasterio vindicent sacerdotes, quod præcipiunt canones, id est, monachos ad con- uersationem sanctam præmonere, Abbates, aliaque offi- cia instituire, atque extra regulam facta corrigere. Quod si aliquid in monachos canonibus interdictum præsum- pserint, aut usurpare quidpiam de monasterii rebus ten- tauerint, non deest ab illis sententia excommunicatio- nis.

2 ps. E contra Gregorius scribit Castorio Ariminenf Episcopo.

C. II. ¶ Congregatio monasterii, non Episcopus, aut aliqui extraneorum, Abbatem instituat.

Abbas in monasterio non per Episcopum, aut per ali- quem extraneorum ordinetur: neque ab Episcopo Missa ibi celebretur, ut nulli ecclesie subiciatur.

¶ Huius capituli eadem est sententia ac sequentis, in quo sunt ipsa B. Gregorii uerba. Itaq. hac uideatur summa quadam se- quentis: & propterea in aliquot uetus exemplaribus non sunt dis- tincta.

C. III. ¶ De eodem.

Idem eadem Castorio Episcopo, lib. 2. epist. 43. seu cap. 17.

Abbatem cuiuslibet e monasterio non alium, sed quem dignum moribus atque actibus monasticæ disciplinae communi consensu congregatio tota poposcerit, ordi- nari d volumus. Missas autem publicas per Episcopum uel clericos in e monasterio fieri omnimodo prohibe- mus.

1 ¶ Vel clericos] Verba hæc non leguntur apud B. Gre- gorium: omnino, nonnulla uidentur consulo immutata a col- lectore.

C. IV. ¶ Ille debet Abbas institui, quem sua congregatio, & possessionis domi- nus ordinari poposce- rit.

Item Pelagius Papa Melito Subdiaconus

Abbatem f in monasterio illum volumus ordina- ri quem sibi de sua congregatione & monacho- rum electio, & possessionis dominus, & (quod magis obseruandum est) ordo uitæ, ac meritum poposcerit ordi- nari.

a Burchardus l. 1. c. 231. Ivo p. 5. c. 343. b al. intitulator. c aliter eidem.] orig. d al. volumus te ordinare.] orig. e aliter illic.] orig. f Ancl. 7. c. 174. Polyg. l. 3. tit. 15. & l. 17. tit. 33. Pamm. l. 3. c. 168. Ivo p. 7. c. 24.